8119, 5 discus aereus Aquileiae [apud Zandonatium].

HIN unc. 3⅛

Kandler Istr. 1852 p. 95.

6 marmor nigrum formae ovi truncati [apud Zandonatium].

VIS 2½ unc.

Kandler Istr. 1852 p. 95.

7 Aquileiae dicitur rep. [Vindobonae in mus. n. 690].

X
V · F gramm. 351

Vidit Huebner.

8 ex aere forma ovi truncati; Aquileiae [apud Zandonatium].

unc. 6½

Kandler Istria 1852 p. 95.

9 lapis Aquileiae [apud Zandonatium].

= 2 unc. Rom.

Kandler Istr. 1852 p. 95.

10 Montebellunae in prov. Trevisana.

IIIIIIIII
XXXXXX

P ↓ XXXV

Ant. Scotti misit Muratorio 12. Aug. 1735.

Diptycha consularia.

Probi consulis a. 406 adservatum Augustae Praetoriae supra dedi n. 6836 (cum add.).

8120, 1 Brixiae antea apud Ludovicum Baitelli iuris consultum, deinde apud patrem Iulium Barbisoni sacerdotem oratorii congregationis Brixianae GIORN. DE' LETT. Apud Barbisonios vidit adhuc Maffei *ditt. Quir.* (1754) p. 21. Ab heredibus Barbisoniis habuit A. M. Querinius collocavitque in bibliotheca Vaticana GORIUS p. 132. Postea vero permittente papa quae dederat bibliothecae Vaticanae, transtulit in eam quam fundavit Brixiae, ubi diptychon adhuc adservatur.

NAR MANL BOETHIVS V C ET INL | EX P P P V SEC CONS ORD ET PATRIC p. C. 487?

Recognovi ad ectypum. *Giornale de' letterati d'Italia* 28 (Venetiis 1717) p. 39; A. M. Quirinius epist. dec. II ep. 4 scr. ad Claudium de Boze Romae VI k. Nov. a. 1742 p. XXV seq.; I. G. Hagenbuch de diptycho Brixiano Boethii consulis epistol. epigraphica (Turici1749. fol. p. 246); Gori thes. diptychorum 1, 132—202 tab. 4. 5 adiectis de hoc diptycho commentariis priorum suisque; Al. Sala *illustrazione di mon. antichi della bibl. Queriniana di Brescia* (Mediolani 1843) p. 21. Posteriore aetate appicta inscriptaque eisdem diptychis tabulis expresserunt et ephemerides litt. Ital. l. c. et Frid. Odorici *antich. crist. di Brescia* 2 (1858) p. 64 tab. 12. Pictae sunt resurrectio, item imagines nominibus superscriptis GERONIMV · AGVSTINV · GREGORIV; subscripta est dedicatio QVOS DEO OFFERIMVS cet.

Nar .... Manl(ius) Boethius v(ir) c(larissimus) et inl(ustris) ex p(raefecto) p(raetorio), p(raefectus) u(rbi) sec(undo), cons(ul) ord(inarius) et patric(ius). Quod contendit Labus (in praef. ad Ph. A. Visconti et Guattani *monumens du musée Chiaramonti* Mediolani 1822 p. XLV) in principio non NAR esse, sed NAVR, id est *Anicius Aurelius*, archetypo contrarium est certo et evidenti. — Boethius avus consul ordinarius fuit a. 487, filius scriptis notus a. 510, nepos a. 522; hic quinam intellegatur, dubium est.

2 Veronae in museo philharmonico antea, nunc in bibliotheca capitulari.

prior tabula deficit + V INL · COM · DOMESTIC EQVIT ET CONS ORD + p. C. 517

Maffei M. V. 120 (inde Gori thes. diptych. 2, 1 seq. tab. 13).

Probabiliter a Maffeio et Gorio tribuitur Anastasio cos. ord. a. 517, cuius extant duo alia diptycha Leodiense (Gori tab. 11) et Bituricense (Gori tab. 12) sic inscripta:

Leodiense:	*Bituricense:*
+ FL · ANASTASIVS · PAVL · PROVS · SAVINIANVS · POMP · ANAST +	+ FL · ANASTASIVS · PAVLVS · PROBVS · SABINIAN · POMPEIVS · ANASTASIVS · +
+ V · INL · COM · DOMEST · EQVIT · ET · CONS · ORDIN · +	+ VIR · INL · COM · DOMESTIC · EQVIT · ET · CONS · ORDIN · +

3 diptychon Cremonae in domo fratrum Sonsisiorum ALLEGRANZA 1773. Deide Mediolani apud Carolum Trivultium IDEM opusc. p. 14. Iam Liverpool in museo Iosephi Mayer PULSZKY.

+ FL · PETR · SABBAT · IVSTINIAN · VI ·

+
MVNERA PAR
VA QVIDEM · PRE
TIO · SED HONO
RIBVS · ALMA
+

+ COM · MAG · EQQ · ET P · PRAES · ET · C · OD

+
PATRIBVS
ISTA MEIS OFFE
RO CONS · EGO
+

Allegranza epistula ad Spergesium a. 1773 *opuscoli* p. 1 seq., ubidatur aere expressa; F. Pulszky *Catalogue of the Fejervary ivories in the museum of Joseph Mayer* (Liverpool 1856. 8. pp. 52) p. 12.

1 V·IL, 5 AMPLA (pro ALMA) Pulszky. — Borghesius in epistula ad Gazzeram (opp. 7,50) diptychon tribuit non Petro consuli a. 516, sed Iustiniano consuli a. 521, ei ipsi qui postea imperavit; adsentitur Rossius inscr. chr. 1 p. 584. Ego quoque olim monui (inscr. Helvet. 342, 2) in diptychis primarium nomen semper esse extremum.